

ARNULFUS

LEXOVIENSIS EPISCOPUS

NOTITIA

(*Gallia Christiana nova, tom. XI. 774*)

Patria Normannus Arnulfus Joannis I, prædecessoris nepos; fraterque natus miuor Joannis Sagiensis episcopi, cuius studio in Sagieni schola a pueri ju optimis disciplinis eruditus, ac morum integritate etiam informatus, tanta probatae indolis specimina indidit, ut ejusdem ecclesiae factus sit archidiaconus regularis, quo tempore Romam profectus, canonici juris ediscendi gratia, inde tractatum de schismate orto post Honorii II papae decessum ad Gaufridum episcopum Carnotensem direxit, in quo acerrime invehitur in Girardum Encolinensem episcopum, Petri Leonis factioni adhaerentem, ita ut omnem ante actam ipsius vitam ac etiam præclarissima quæque facinora vobementius, ut videtur, quam verius carpat. Hæc autem scribebat circa an. 1134, seu post coronatum ab Innocentio II Lotharium imperatorem, et ante reintegratum in cathedra Pictaviensi Willelmum episcopum, quorum alterum anno 1133, alterum vero 1135 contigit. Defuncto Joanni anno 1141 succedit vir admodum callidus, eloquens et litteratus, electus a clero et populo Arnulfus, cuius electioni cum obsteret Gaufridus Andegavorum comes, pro electo cum insigni elogio scripsit Petrus venerabilis ad Innocentium papam ut ejus electionem approbaret, neque conitis Andegavensis intercessionem admitteret, quippe qui nomine appellationis vellet nequitæ suæ moras lucrari, ut pastore absente, non esset qui lupo resisteret. Summò pontifici pro eodem electo adversus Gaufridum scripsit quoque S. Bernardus epistolam 348. Horum quidem preces admisit pontifex, et Arnulfi meritissimi praesulsi electionem confirmavit; sed quia absque dispositione comitis ab Hugone archiepiscopo consecratus fuerat Arnulfus, bona omnia episcopalia per duos annos et tres menses occupavit Gaufridus, pro quibus redimendis cum de suo nongentas jam libras expendisset episcopus, de licentia Innocentii

A papæ xvii marcas de thesano ecclesiæ assumere coactus est.

Anno 1142 pontificatus secunde, conciliavit Henricum abbatem Fiscanni cum Ricardo abbatem Bernaii, qui priori obsequium denegabat. Testis fuit xiii Kal. Octobris 1143 chartæ Guillelmi comitis Pontivi datæ in gratiam Radulli abbatis S. Andreæ in Gouffre, præsens ejusdem ecclesiae dedicationi cum Joanne germano Sagieni episcopo. Interfuit anno eodem translationi capituli S. Juliani apud Cenomannos. Quod in asserenda sibi recenti novi principis gratia, resarciendis ecclesiae et domus suæ ruinis, necnon curandis germanorum funeribus gravius occupatus, per se ipse non potuit, per epistolam Coelestinum II post Innocentium electum summum pontificem cunvenit. Scripsit quoque ei anno 1143 pro canoniciis regularibus ecclesiae Sagienis a fratre suo institutis, quos a successore impune vexatos ibidem retinere per annos 20 conatus est Arnulfus, qua de causa Romam petiit anno 1145. Circa id tempus subscrispsit chartæ Hugonis de Montfort eccliam Sancti Imeril donantis ecclesiae Beccensi. Auri et argenti quantum potuit magna in necessitate prestitit Ludovico regi, de quo ut illi infra mensem reliqua 104 marce argenti redantur Sugerio abbati præcipit rex epist. 52, qui epistola 55 eidem abbati mandat ut A. præcordiali amico suo lx modios de optimo vino suo Aurelianensi dare non renuat. Ecclesias de Freville et Descaville inter capitulum Lexoviense et monasterium S. Salvatoris equaliter dividit anno 1147. Stans apud Novumburgum anno eodem Arnulfus iv ecclesias apud S. Philibertum monachis Beccensibus donavit. Scripsit ei Eugenius III viii Idus Maii ut Beccense monasterium in his quæ in diœcesi possidet non inquietaret. In transmarina expeditione, pro qua in conventu Vizeliacensi cruce accepérat anno 1146, cruce signatus comitatus est anno 1147, invitas

quidem, sed jussus ab Eugenio papa, de cuius mandato calicem aureum xxxiv unciarum ad hoc opus expendit. Eugenius autem ei et Lingonensi episcopo regum populi christiani cum rege Jerosolymam prosectori commisit. Ipse vero Guillelmum priorem Sancte Barbarae ecclesiae sua praefecit, qui cum a summo pontifice Autissiodori degenti exentatus fuisse, subrogatus est ei Ebroicensis episcopus Rotrocos qui episcopatus diu custos fuit. Conventui Acconensi cum Ludovico rege adfuit pro negotio terre sanctae anno 1148. Reversus Arnulfus pacem concipere satagit inter Gaufridum Andegavensem comitem et Ludovicum VII Francie regem circa 1151. Henricus II postea rex Anglorum Lexovii 16 Maii 1152 duxit uxorem Alienoram, quam paulo ante Ludovicus junior ob consanguinitatem dimisera.

Anno iueunte 1153 post octavam Epiphanie de Nonantio juxta Bajocas ad exequias Guillelmi prioris S. Barbarae festinavit Arnulfus, iisque celebratis fratres ad eligendum successorem hortatus est, eleetumque Danielem regendae domui praefecit. Eodem subscrivit donatæ Fontanellensibus monachis ecclesiæ S. Sidolfi. Interfuit anno 1154 coronationi Henrici II regis Anglie, a quo paulo post Romanum cum aliis missus est pro quibusdam arduis ipsius negotiis, huiusque adfuit anno 1157 confirmanti foundationem abbatarum de Blanca-landa et de Lucerna, et judicium ferenti Cadomiu in gratiam Montis S. Michaelis. Subscrivit chartæ regis ejusdem pro monasterio Bocceensi, et cum Philippo Bajocensi episcopo ejusdem diplomati, donationes ecclesiæ de Trenham in agro Staffordiensi confirmantis, et cum eodem ac Guillelmo Cenomannensi episcopo chartæ ejusdem regis Tironensis monachis xx marcas argenti de thesauro Wintoniensi cum Matilde matre concedentis. Subscrivit quoque chartis Henrici II Anglorum regis pro S. Florentio Salinieusi, pro S. Stephano Cadomensi, pro Lira, pro B. Maria de Volo apud Cæsariburgum, et pro Fontaneto. Adstitit consecrationi ecclesiæ S. Juliani Cenomannensis anno 1158. Alexandru III anno 1159 recente electo per litteras congratulatus est, Alexanderque ei respondit mense Aprili 1160, et de rebus gestis in concilio Papiensi eum certorem fecit, ot laudavit quod Henricum regem in unitate Ecclesiæ catholicæ tunc schismate turbata fluctuantem stabilivisset. Interfuit anno 1162 apud Fiscannum translati ab Henrico legato reliquiis et Richardi I et II ducum corporibus, et anno 1163 in Octobr. translationi corporis S. Eduardi Anglie regis apud Westmonasterium. In synodo Tironensi anni ejusdem jussu pontificis oratione u habuit, a quo per totam Northmanniam judex delegatus est pro dirimendis controversiis quas plures episcopos inter et abbates composuit. Inibi egregiam navavit operam pro Alexandre III contra Victorem pseudopontificem. Hugo Rothomagensis archiepiscopus defunctus anno 1164 Arnulfo dedicaverat

A tractatum in hexameron, cuius fragmentum balles Anecdot. tom. V, col. 1001. Pro S. Thoma Cantuariensi archipræsule, qui cum Henrico Anglorum rege graves exercuit iniurias, Arnulfus pacis componeundæ gratia, regem in Angliam convenit, sed frustra studuit ad pristinam concordiam utrumque revocare anno 1165, unde in vita ejusdem Thomæ frequens Arnulfus fit mentio. Legenda præsertim ejus epistola ad S. Thomam tom. II, Spicileg. pag. 483, ubi aperte mentem suam deponit de famoso illo dissidio inter regem et primatrem Anglie, primum damnans. Neque tamen ob id gratia regis excidit, quod ejus animo versipelli quidam tribuunt, imo inter præcipuos ejus consiliarios admissus in collatione habita anno 1166 apud castrum Cainouem in Turonibus, cum rex prævideret se brevi sententia excommunicationis feriendum a S. Thoma, quem pontifex legatum in Anglia constituerat, Arnulfus consilium regi dedit appellationis ad summum pontificem significandæ S. Thomæ, idque exsequendum cum episcopo Sagensi suscepit. Post cedem quoque sancti Thomæ scripsit ad Alexandrum papam nomine episcoporum omnium Anglie, excursans Henricum, et tanti sceleris notam diluens epist. 79. Reperitur annis 1170 et 1179 in instrumentis Vallis Richerii, quo ultimo concessit monachis libertatem et immunitatem in civitate et mercato Lexoviensi. Eodem astitit translationi corporis S. Romani archiepiscopi Rothomagensis. Biennio ante acceptam olim ab Henrico rege capellaniam de Boscham restituerat et monasterio S. Victoris Parisiensis dederat ecclesiam B. Petri de Gaceio anno 1177.

Memoratur adhuc in chartis Saviniaci anno 1.80. Insequentia 1181 regis summiq[ue] pontificis indignationem incurrit; hoc enim anno ad Lucium papam querelas aduersus Arnulfum detulerunt canonici quidam Lexovienses, quibus acceptis, Lucius a magna offici[um] episcopalis parte eum suspendit. Latam quidem a judicibus sententiam postea rescidit summus pontifex, sed judicio statim apostolico damnatus Arnulfus cesserat dignitate, ut semper optaverat. Priusquam autem cederet, virum inter suos eruditissimum Petrum Blesensem consuluit cuiusam loco sese addiceret seclusus ab omni laicorum consortio sæculari. Respondit Petrus epist. 44, eique suadet ut episcopatu[m] minime cedat ob modestias sive a principe, sive a capitulo, sive ab aliis uju ste illatas; deserendum tamen eum docet, si per ambitum sit obtentus. Negare videtur Gussanvilleus in notis ad dictam epistolam Arnulfum secessisse propter regis Henrici II odium; at contrarium evincitur tum ex Rogerio Hovedeno et Baronio, tum ex hac epistola, tum ex epistola ipsius Arnulfi ad Lucium papam, quam habes Spicileg. tom. II, pag. 482. Neque vero prolro esse poterat secedere pro bono pacis et regi cedere. In epistola quam ad abbatem Cisterciensem scripsit Arnulfus, ut sibi liceret finire vitam in monasterio

Mortui maris, duo speciatum commemorat, quae ad A pontificale onus abdicandum illum pertrahebant. C Coactus, inquit, sentio et aliquarum segritudinum gravatus accessu, ad medicinas salutare remedium confugere, et contracta laboribus membra necessaria requie sublevare constitui; si quidem in permiscere meam veluti conjurata veniunt debilitas, infirmitas ac senectus, mihiq[ue] tot incommodorum instantia fiduciam vita longioris abrumpit. Accedit extrinsecus negotiorum, quibus distracthor, impotens vexatio, que miserabiliter antelantem, vel ad momentum etiam respirare non sinit; si quidem sepius ad regales cum ceteris trahor angarias, eorumque, quibus deesse non possum, frequentibus infestor injuryi. Sed cum secessus ille suum band sortitas esset effectum, ad Victorinum apud Parisios monasterium se recepit, ut habent chronicæ Northmannicæ : « Arnulfus Lexoviensis episcopus annæ Julio senio fractus Lexoviensem episcopatum dimisit, et ad S. Victorem Parisios se translulit, ibique anno sequenti mortuus est. » Et Robertus de Monte in appendice ad Siegerbertum ad annum 1182 : « Arnulfus Lexoviensis episcopus, cum per XI. annos eandem ecclesiam rexisset, in ædificando ecclesiam et pulcherrimas domos laborasset, renuntiavit episcopatu[m], et perrexit Parisius suos dies dimidiaturus apud S. Victorem in domibus pulcherrimis, quas ibi ad opus suum construxerat. » Ibi autem dies non mansit, siquidem decessit an. 1184 pridie Kal. Septembbris, qua die quotannis in necrologio Victorino recitatatur C aniversarium solemne Patris nostri p[ro]p[ter]e recordationis Arnulfi Lexoviensis episcopi, qui magazæ devotionis affectu, quem a multis retro annis erga ecclesiam nostram habuerat, de episcopatu[m] suo ad nos veniens, canonicus noster effectus est, quietisque sibi ac sepulturæ locum eundem inter omnes alias ecclesias prælegit, nullis et magnis beneficiis dignum et perpetuum sui nominis et amoris memoriale posteris derelinquens; siquidem dedit nobis idem pater in cultu altaris duos textos, crucem et calicem, tres casulas, tu-

A nicam et dalmaticam, capsam et duo pallia; dedit et nobis ad solvenda ecclesiæ CCC libras Andegavensem; in quibusdam vero vasis argenteis et libris quibusdam legalibus centum libras Parisiensem ad emendos reditus. Præterea mediorum quorundam librorum legalium sex volumina, et alios diversi generis libros ad retinendum in armario nobis dedit; sed et diversis temporibus multa nobis in vita sua beneficia contulit. Statutum est ergo ut tanti Patris anniversario recurrente, singulis annis ipsum solemniter celebretur, sicut commendatio ante missam. » Jacet prope chorum ad altare Sancti Dionysii cum hac epigraphie : « Epitaphium Arnulfi Lexoviensis episcopi, qui postquam XL annis potens opere et sermone populo suo præfuit, frater mortuus effectus, moriens deum in veteri basilica sepultus est, nunc vero translatus hic quiescit.

*Tu qui dives eras, et magnus episcopus, ob quid
Sortem mutasti pauperiore statu!
Imo pauperiem mutavi fenore magno,
Mundo dives eram, plus fuit esse Deo. »*

Postunodum renovatum est ejus sacellum, et ad perennem notitiam inscripta sunt superliniari hæc carmina :

*Hoc templum junctæque cœdes sunt, ræculis olim
Arnulfi antiquum Lexoviensis opus.
Si ter quingentos annos trigintaque ei unum
Annum ero, Christo cum repararer habes.*

Arnulfi epistola et epigranulata exstant mss. in Bibliotheca Vaticana nu. 189 et 537. Odo Turvulus Adriani filius epistolas primus edidit cum sermonibus et carminibus, unde in Bibliotheca Patrum transiere tom. XXII. Arnulfi tractatum de schismate inter Innocentium II et Petrum Leonem, dictum Anacletum, edidit Dacherius tom. II Spicileg., ubi etiam exhibet plurimas ejus epistolas antea non editas, scilicet ad Lucium papam, quem majestatis titulo compellat, apologeticum ad suorum adversorum confutandas calumnias, ad Alexandrum papam, ad Henricum regem Anglorum.